

## NARRATIO.

**H**odiernum EVANGELIUM insignem consolationem proponit omnibus mechanicis atq; opificibus, quorum res sunt minus secundæ. Annotatû est enim in illorum consolationem exemplû Petri, qui, quanquã per totam noctem frustra laboraverat, tamen cum Christo visum erat, divinam benedictionem experiebatur. Arrectis itaq; auribus astantes circa hoc Evangelium.

- I. *Christi in Petri naviculam ingressum.*
- II. *Christi erga Petrum ipsi naviculam permittentem gratitudinem.*
- III. *Hujus gratitudinis effectum considerabimus.*

## DE I. LOCO.

I. Notentur causæ impulsivæ moventes Christum ut naviculam ingrederetur.

1. *Multitudo:* id est, fervor populi Christum audiendi.

V S V S.

1. Christus libenter concionatur illis, qui eum libenter audiunt, &c. ex contrario, ab illis, qui verbum contemnunt, recedit.

Matt: 9.  
& 21.  
Amos 8.

2. Nos